

V^g
5341





Q. N. 191.

(12)



IN NOMINE JESU!
DISPUTATIO THEOLOGICA
LEGITIMUM

B. LUTHERI

MINISTERIUM

proponens,

Quam

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO

VIRO

Maximè Reverendo, Amplissimo atq; Excellentissimo

DN. JOHANNNE Deutſchmann

S.S. Theol. Doct. celeberrimo inq; Electorali Leu-
corea P. P. Famigeratissimo, Alumnorum Electoral.

Ephoro gravissimo,

Domino Præceptore, Patrono, studiorumq;

suorum Promotore maximo, æterno honoris reverentiæ-

que cultu maſtando, devenerando,

publicè ventilandam proponet

RESPOND.

LUDOVICUS LUTZIUS

Cremnicio Hungarus,

d. April. Epochæ Christianæ M. DC. LXV.

in Acroaterio majori.

WITTEBERGÆ

Literis JOHANNIS BORCKARDI.



IN NOMINE IESU
DISPUTATIO THEOLOGICA
LEGITIMUM

B. L. L. T. H. E. R. I.

MINISTERIUM

RECTORE MAGNIFICO

VIR O



LUDOVICUS LITZUS

WILHELMUS BORKHARDT

est
cer
in
Sp
pa
su
pe
pe
mo
m
qu
do
in
fat
El
pro
ho
be
sim
de
te

IN NOMINE JESU!
DISPUTATIO THEOLOGICA

DE
LEGITIMO B. LUTHERI
MINISTERIO,

Præloquium.

Varia Satanæ malorumque stratagemata sunt in oppugnanda vera Christi Ecclesia, prorsus innumera dicuntur ipsorum *τεχνύδεια*. Rectus & obliquus, apertus & opertus, simplex & tortuosus est Satanus, & mille novit artes, quibus orthodoxis nocere velit. *Μυροτεχνύτης* proinde jure vocatur. Hoc ut in aliis verissimum, ita de SS. Ministerio satis certum, Speculum ejus rei limpidissimum in *Evangelista principali & Apostolo ac Pontifice Confessionis nostræ Christo Jesu* cernimus. *Doctrinam ejus* modò satis apertò marte per fideles sibi parastatas, Phariseos ac Legisperitos, petebat, quod *Evangelistarum* scripta passim attestantur: modò *vocationem ejus ac docendi potestatem* dubiam omnibus facere conabatur. *In qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit banc potestatem*, inquit Principes Sacerdotum & Populi Seniores Christo *Matth. XXI, 23.* cum in templo Hierosolymis publice doceret. Nec in aliud fatum antiquissimum prophetarum cætus incidit. *Mosis, Elia, jeremia, Amos,* & aliorum exempla satis id comprobant. Apostolis idem pariter accidit. Utinam vel hodie cessarent hæc malæ causæ patrocina. Sed *B. Lutherus* noster, & cum eodem omnes *Ministri Lutherani* similem fortunam hæctenus experti sunt. Initio quidem *Adversarii Papistæ* satis adversus ipsum apertò Marte pugnarunt, & doctrinam ejus refellere conati sunt.

Sed cum hac via minus feliciter succederet, & doctrina Lutheranorum per omnes fere *Papatus* terras maximo cum fructu sese diffunderet, de quo *Bellarminus* ipse *O-rat. operibus praefixa* conquestus est his verbis: *Quis ignorat pestem* (talis enim *Papistis* orthodoxa doctrina singulari *Dei* providentia fuit) *Lutheranam*, in *Saxonia*, paulo ante exortam, mox *Germaniam* pene totam occupasse: inde ad *Aquilonem* & *Orientem* profectam; *Daniam*, *Nor-vegiam*, *Sveciam*, *Gotbiam*, *Pannoniam*, *Hungariam* absumpsisse; tum ad occidentem & *Meridiem* pari celeritate delatam, & *Galliam*, *Angliam*, *Scotiam*, florentissima quondam *Regna* brevi tempore populatam: ad extremum *Alpes* transcendisse, & in *Italiam* usq; penetrasse. Nam *Spiritus Sancti* gratia tarda nescit molimina. Mox aliam sibi *Papiste* viam pugnandi contra *Lutheranos* elegerunt, & contra *B. Lutheri*: & *Ministorum Lutheranorum* vocacionem disputare coeperunt, quemadmodum ex *Pistorio Bellarmino*, *Gregorio de Valent. Simpletano*, *Arturo*, *Gretsero*, *Tannero*, *Lancelot*, *Wegnereck*, *Thoma Henrici*, aliisque tum vetustioribus, tum recentioribus videre licet. Verum à *Nostratibus* tum integris scriptis, tum occasione dara, libellis aliis *Ministerii Veritas* & *autoritas* & *B. Lutbero* & aliis *Lutheranis* adeo firmiter adserta, ut nihil fere novi nunc *Adversarii* proferre queant, sed veterum *coccyismos* repetere saltem opus habeant. Stat igitur *invieta Ministerii Lutherani veritas* & *autoritas* contra *Diabolum* & *Papatum*. Nos alibi de *Ministerii Veritate* quoad *thesin* & *antithesin* non uno saltem in loco tractationem in *Domino* suscepimus, nunc ad instantiam *Domini Respondentis* de *Legitimo B. Lutheri Ministerio* pauca meditabimur. *Christus Jesus*, qui nostri *Ministerii* non tantum *autor*, sed etiam *Prases* & *Antistes*, nostris conatibus

natibus faveat, Spiritu caelestis veritatis & sapientia nos in-
struat, ut Ministerii Veritatem contra varios hostium insul-
tus tueri fructusq; Salutare ex Ministerii functionibus in-
catibus nostris ad Nominis Divini gloriam intueri perpetuo
queamus per & propter triumphalem suam resurrectionem!

Q V Æ S T I O.

Utrum B. Lutheri Ministerium fuerit legitimum?

I.

Sicut in omni tractatione certa quadam methodo totum
negotium expeditur, & ordine, quo non datur ire labore,
sine difficultate pervenitur, pariter ut nobis in Domino
labor hic facilis sit, certam ab initio statim methodum eligimus,
& partes, sive capita tractationis constituimus, ad quæ singu-
la revocare liceat, quæ forsitan lector, veritatis cupidus, circa
præsentem quæstionem expectare queat. Notabimus igitur in
hujus quæstionis explicatione (1) Certas Hypotheses. (2) Ipsam
thesin vel Status Controversiæ constitutionem. (3) Ecthesin, quæ
solidam quæstionis confirmationem, & scripturis consentaneam
vindicationem ab adversariorem objectionibus perspicue sup-
peditabit.

2. Primum tractationis caput quod attinet, ne manibus,
quod ajunt, illotis hanc arduam causam, multis *Papistarum* fu-
cis tinctam & commaculatam, attingamus, certas aliquas hy-
potheses, ceu quandam *Isagogen* præmittimus.

3. Triplicis autem generis hypotheses hic brevibus annotare
placet (1) alias respectu Ministerii; (2) alias respectu B. Lutheri.
(3) alias respectu prædicati. Quod primum concernit hypothe-
simum genus, supponimus (1) Dari Ministerium aliquod in his ter-
ris, quod (1) respectu principii vocatur Ministerium Dei: nam
& sacerdotes V. T. & Doctores N. T. sæpius in S. L. Ministri
Dei sunt appellati Conf. *Esa. LXI, 6. Jer. XXXIII, 21. Joel. I, 9.*
c. II, 17.

A 3

I. Certæ hypotheses,
1. resp. Ministerii,

2.)

c. II, 17. Apostoli quoque vocantur δῆλοι θεῶν Rom. I, 1. διάκονοι
 θεῶν II. Cor. VI, 4. &c. (2) respectu fundamenti nuncupatur Mini-
sterium Christi, quia totum hoc ministerium in Christo Jesu
 fundatur, cum sit *Ministerium reconciliationis* II. Cor. V. 18. &
 hic est *Principalis Dei legatus*, *Angelus federis*, & *magni consilij*,
 nec in diebus carnis *Minister circumcisionis* Rom. XV, 8. appella-
 ri recusavit, unde *Doctores Ecclesie* vocantur δῆλοι τῶ χειρῶ
 Gal. I, 10. Epbes. VI, 6. II. Pet. I, 1. Jacob. I, 1. ὑπηρέται χειρῶ I. Cor.
 IV, 1. διάκονοι χειρῶ II. Cor. XI, 23. Col. I, 7. I. Tim. IV, 6. Sicut me
 pater misit, ita vos ego mitto, dixit Apostolis suis post resurre-
 ctionem Job. XX, 21. (3) respectu medij, vel organi, salutatur Mini-
sterium verbi, tum *ratione originis*, quia mediante verbo divinitus
 est constitutum hoc ipsum ministerium; tum *ratione admini-*
strationis, quia circa verbi prædicationem, explicationem, pro-
 pagationem &c. versatur; tum *ratione operationis*, quia non
 immediate sine verbo, sed mediate, vid. per verbum omnes
 suas operationes mysticas & salutare effectus expedire dici-
 tur; tum *ratione relationis*, quia perpetua & indissolubilis inter
 ministerium & verbum relatio deprehenditur, cum absq; ver-
 bo ministerium esse nequeat. Hinc Lucas se cum collegis & a-
 liis Doctoribus vocat ὑπηρέτας τῶ λόγῳ Luc. I, 2. & Paulus se
 dicit *Evangelij ministrum* Col. I, 23. *promissionis per Evangelium fa-*
cta διάκονον Eph. III, 7. (4) respectu prasidij vocatur διακονία τῶ
πνεύματι & Ministerium Spiritus II. Cor. III, 6. quia Spiritus S.
 ministros constituit Act. XX, 28. ducit II. Pet. I, 21. docet mini-
 stros omnia, suggerit omnia Job. XIV, 26. ducit eos in omnem
 veritatem c. XVI, 13. per eos mundum arguit de peccato, de ju-
 stitia & de iudicio v. 8. cum ipsis in æternum manet c. XIV, 16.
 (5) respectu subjecti, quod est *Ecclesia*, ministrorum spiritualis
 officina, qua de causa Ministerium Ecclesie vocatur, sicut Do-
 ctore *Ecclesie* *Ministri* nuncupantur Col. I, 25. quia ministrant
Ecclesie vetus & novum, *legem & Evangelium* è thesauris regni
 cælorum offerendo Matth. XIII, 52. ministrant Ecclesie thesau-
 rum *Evangelij* II. Cor. IV, 7. & *Sacramentum* Matt. XXIX, 19.
 Luc. XXI, 19. I. Cor. XI, 25.

4. (2) Sup-

4. (2) Supponimus Ministerii Naturam, quoad omnes causas consideratam, de quibus satis prolixè in *Method. Repet. Aug. Confess. Artic. V.* & alibi differuimus, hic propter alia, nunc exponenda, nihil tractationis eis adscribimus. Supponenda verò nobis *Ministerij natura tum* quia nostra quæstio disertis verbis agit de *Ministerio*; tum quia ex *Ministerii natura* pendet tractationis nostræ fundamentum; tum quia *Ministerii veritas & autoritas* neque planius, neque plenius aliunde vel æstimari, potest, quam ex ipsa *Ministerii Natura*.

5. (3) Supponimus Naturam Ministerii consequentia, siquidem varia consequentia de natura ministerii promanant, ex quibus firma pro *veritate*, vel *falsitate* *Ministerij* fundamenta magno numero desumi possunt. Talia consequentia sunt (1) *Ministerii proprietates*, quarum singulæ de *veritate Ministerii legitimi* testimonium luculentum edere possunt, cum propria sequantur rem ipsam [2] *Ministerii generales affectiones vel adjuncta*, quæ pariter nonnihil probationis afferunt. (3) *Ministerii opera, vel effecta*, quæ causam ante se requirunt cum omnis effectus de causa sua testetur.

6. *Alterum hypothesis genus B. Lutherum* respicit, cum circa *B. Lutheri ministerium* asserendum nunc occupati simus. Supponimus igitur (1) quod B. Lutherus sub corruptissimo Ecclesie statu natus & educatus sit. *Thomas Rhedonensis Gallus, Carmelita*, celebris seculo XV. concionator, teste *Antonino*, inter Concionandum per *Galliam & Italiam* sæpius dicere solitus est, *Romæ magnas abominationes fieri, Ecclesiam magna reformatione indigere.* *Jacobus Carthusiensis*, qui circa Annum 1440. floruit, scripsit librum de *erroribus Christianorum modernorum*, in quo non tantum *vitia*, cum *Laicorum*, tum *clericorum*, sed etiã *idololatriam*, ut *peregrinationes, concursus ad statuas, confecta avaritia causa miracula redarguit.* Insuper addit: *ob ejusmodi manifestas vanitates & impietates derideri ab infidelibus nostram religionem, ac à judæis multos nostros etiam in fide longve fieri, quod Christianis, & præsertim imperitioribus, proponant illas manifestas falsitates erroresq; quibus à sacerdotibus questus gratia ludi-*

b.)

c.)

2. resp. B. Lutheri.

a.)

Pontificij laxant ante ante
B. Luth.

ludificentur, indeq; eos & reliqua nostra religionis vanitatem probare conari. Quæ sæpius Imperatores in Comitibus contra corruptissimum Ecclesiæ statum proposuerint, historiæ superiorum temporum satis edocent. Sub ipso seculi XVI. exordio Mantuanus sæpius Ecclesiam Romanam suis versibus reprehendit. Ipsum Leonem X. Pontificem in 4. Fast. alloquitur: *Sancte Pater, succurre Leo, Respublica Christi Labitur, agrotatq; fides jam proxima morti.* Si quis Catalogum Testium Veritatis evolvere voluerit, magnam testimoniorum segetem ibidem invenire poterit.

6.) 7. [2] Quod de B. Lutheri ministerio, cum primis reformationis, multorum prædictiones tam temporis extiterint. Johannes Hussus contra fidem datam in Concilio Constantiensi combustus anno 1414. de B. Luthero, post seculum venturo, vaticinatus est ante mortem sub mediis persecutionibus & cruciatibus inquit: *Hodie auferem uritis: sed post centum annos ex meis cineribus nascetur cygnus, quem non poteritis assare.* Hieronymus Pragensis, Præceptorem imitatus, itidem B. Lutheri reformationem prædixit: *Post centum annos respondebitis Deo & mihi.* Johannes Scheyringus circa annum 1507. creberrimo testimonio & reformationis desiderio sermonem hanc usurpare solitus est: *Quanto Papatus sese altius evexit, tanto profundius iterum dejicietur, quod nisi propediem fiat, non poterimus amplius illæsa conscientia prædicare.* Itaque Deus RESTAURATOREM Ecclesiæ suæ missurus est, qui verbum suum in aperta luce proferat, atque è tenebris, quibus est involutum, eruat, Apologia Confess. Aug. art. de Vot. Monast. p. 276. coram Imperatore & statibus tale vaticinium recitat: *Apud nos in oppido Thuringiæ Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta (adeoque vixit circa initium seculi XVI.) Johannes Hiltem, qui à suo sodalicio conjectus est in carcerem propterea, quod quosdam notissimos abusos reprehenderat. Vidimus enim ejus scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinæ genus. Et qui norunt eum, testantur, fuisse senem placidum, & sine morositate gravem. Is multa prædixit, quæ*
passim

Oracula de B. Luth.

partim evenerunt hæcenus, partim jam videntur impendere, quæ non volumus recitare, ne quis interpretetur, ea aut odio cujusquam aut in gratiam alicujus narrari. Sed postremo, cum vel propter ætatem, vel propter squalorem carceris in morbum incidisset, accersivit ad se Guardianum, ut suam valetudinem illi indicaret; cumque Guardianus accensus odio Pharisæico, duriter objurgare hominem propter doctrinæ genus, quod videbatur officere culinæ, cæpisset, tum iste, ommissa jam mentione valetudinis, ingemiscens inquit: Se has injurias æquo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripsisset, aut docuisset, quod labefactare statum Monachorum posset, tantum notos quosdam abusus reprehendisset. Sed alius quidam, inquit, veniet anno Domini M. D. XVI. qui destruet vos, nec poteritis ei resistere. Hanc ipsam sententiam de inclinatione regni Monachorum, & hunc annorum numerum postea etiam reppererunt ejus amici perscriptum ab ipso in Commentariis suis, inter annotationes, quas reliquerat in certos locos Danielis. Hæc Apologia. *D. Flecci, Mellerstadii, Staupitii*, vel aliorum etiam prædictiones lubentes ex studio brevitatatis omittimus.

8. (3) Quod B. Lutherus variis promotionibus ministerio sit initiatus; tum quia Sacerdotio, vel aliis ordinibus sacris, more temporum illorum, consecratus est: tum quia ad Professionem Theologicam, & ad docendi munus in Ecclesia vocatus; tum quia solenniter in Doctorem Theologiæ creatus est. De quibus inferius plura dicentur.

9. Ultimum hypothesis genus, prædicatum attendit, quod legitimum Ministerii statum involvit. Supponimus hic (1) Dari Ministerium & legitimum juxta Dei verbum, & illegitimum contra Dei verbum: prius genuinum, posterius adulterinum, prius à Deo, posterius à Diabolo traxit originem; prius voluntati & ordinationi divinæ consentaneum, posterius utrique contrarium: prius Christum, posterius Antichristum, aut ejus Spiritum autorem habet; prius integrum, posterius corruptum: prius verorum Dei servorum & œconomorum, posterius furum & latronum

B

tronum

C.)

3. resp. prædicati,
a)



tronum: *prius* circa verbi prædicationem & Sacramentorum legitimam administrationem versatur, *posterius* circa verbi corruptionem, & Sacramentorum vel mutilationem, vel depravationem occupatur; *prius* ad animarum salutem, *posterius* ad earum perniciem tendit; *prius* ad regni caelorum ædificationem, *posterius* ad ejus destructionem & regni Satanæ dilatationem vergit.

b)

10. [2] Legitimum aliquid censeri variis modis (1) ratione ordinis, vel *πρώτῳ*, quod legibus divinis congruum est, vel *δευτέρως*, quod Legibus Ecclesiasticis & humanis consentaneum: *illud καθ' αὐτὸ*, *hoc κατ' ἄλλο* communiter legitimum appellatur: *illud* intrinsece propter suam naturam, *hoc* potissimum extrinsece propter externam vel consuetudinem, vel constitutionem legitimum esse censetur: *illud* ex necessitate divinæ constitutionis, *hoc* ex libertate humanæ electionis legitimum indigitatur. (2) legitimum aliquid dicitur ratione relationis vel *ἀπλῶς*, vel *χετικῶς*, vel *in totum*, vel *in tantum*, aut *ex toto*, aut *ex parte*, vel *simpliciter*, vel *secundum quid*. (3) Legitimum porro ratione variae considerationis dicitur aliquid vel *in fieri*, quod ratione *sua originis* legibus maximè consentaneum est; vel *in esse*, quod ratione *sua constitutionis* intrinsecæ, vel ratione *naturæ suæ* legibus conforme dicitur: vel *in operari*, quod in omnibus suis operationibus legum cynosuram sequitur, nec ullo modo legibus aliquid contrarium admittere perhibetur. (4) Legitimum denique ratione variae causalitatis, dijudicatur, vel ratione cause efficientis, vel ratione cause formalis, l. ratione cause materialis, vel ratione cause finalis, prout vel juxta causas omnes in universum, vel juxta certas quasdam causas, modo has, modo illas, objectum aliquod legitimum, aut illegitimum habetur.

II. Statq Controversia p. negative

ii. Præmissis istis hypothesebus nunc ad causæ caput, h. e. ipsam Thesin aut Controversiæ statum digredimur. Non autem quaeritur hic (1) Num B. Lutherus de novo ministerium aliquod instituerit, quod pro legitimo habendum sit? Videntur hic nonnulli Papistarum collimare, quando statuunt, Lutherum prorsus

fus

sus novam doctrinam, novum Evangelium, novam scriptura-
rum interpretationem, novam sacramentorum dispensationem,
ac sic novum Ministerium instituisse. Verum nihil ejus vel inscri-
ptis, vel in actis, vel in dictis B. Lutheri salva veritate nobis ad-
versarii demonstrare poterunt. Novum statim non est, quod
adversariis tale dicitur. Neque novum illud dicitur, quod
vulgo, seu novum venditatur, aut à fratribus ignorantia tale
censetur. Plerique tum Episcopi nihil sanæ doctrinæ didice-
rant, nihil veræ notitiæ, vel sapientiæ possidebant, supina,
quadam negligentia, & cæca persuasione Pontificibus Roma-
nis adhærebant, & veteres suas traditiones atque consuetudi-
nes priscae religionis titulo semper urgebant. Nos ex consen-
su scripturæ & veteris tum Biblicæ, tum Ecclesiasticæ Historiæ no-
vimus per Dei gratiam, B. Lutherum neque doctrinam novam,
nec Evangelium novum, neque novam scripturarum interpre-
tationem attulisse, neque sacramentis quicquam novæ muta-
tionis intulisse, neq; Ministerium aliquod novum constituisse,
sed omnia juxta cononicam & authenticam vetustatem resti-
tuisse, normamque sacrarum literarum in omnibus doctrinæ
capitibus unice præ se tulisse, *Vetustas vera Christus est, vetustas
certissima Scriptura, Christi verbum.* Breviter, Nullum Mini-
sterium formaliter loquendo Lutheranum est, sed omne Ministe-
rium apud nos est vere Christianum.

12. (2) Nam B. Lutheri Ministerium extraordinario modo
sit legitimum? Et hanc Papistæ litem suam faciunt, Lutherum
ex sententia quasi nostra modo Prophetam, Evangelistam mo-
do, modo Apostolum &c. appellitando; vel etiam, quod se pa-
rem Prophetis, Evangelistis & Apostolis fecerit eidem imputan-
do. Et certe si accusare sufficit, quis erit innocens. Ex omni-
bus B. Lutheri scriptis apertissimum est, quod nec absolutè, vel
simpliciter Prophetam, vel Evangelistam, vel Apostolum esse voluerit
licet in gratiâ (quæ proprie loquendo nulla, propter innumeros
ejus persecutiones, Papistis debebatur) vel odium [quod per
fectum, juxta Psalmem propter Dei gloriam in ipsos esse debebat]
hocce titulos nonnunquam assumpserit. Nos talia Luthero non
tribui-

B. Luth. Doctrinae qd
Nova

Abordinariu sub
Minister.

B. Lutheri. Propheeta

Evangelista

Apostolus

tribuimus, ea verò, quæ sibi tribuit, juxta scripturæ cynosu-
ram defendimus. *Papistis* adversariis cedere non debuit. Erat
certe propheeta, non ratione predictionis, sed ratione predicatio-
nis. Propheeta non *V.* sed *N. T.* quorum mentio fit *Eph. IV, 10.*
Erat Evangelista, quia vetus Apostolorum Evangelium in Ec-
clesiam revocabat, *Papistarum opera* refutabat, Christum agnū
Dei, peccata mundi portantē, nobis in memoriam revocabat,
& sic nobis ex *S. L.* verum Evangelium contra quosvis *Satanæ*
veterumq; hypocritarum insultus, postliminio quasi reporta-
bat. Erat pariter Apostolus, non *immediatus*, sed *mediatus*, non
θεόπνευστος, sed *θεόδοτος*, & mediante verbo divinitus conces-
sus. Apostolicam doctrinam urgebat, Apostolis Christi vere-
ribus se parem non dicebat. Hinc nos minimè tam *extraordi-*
narium, quam *ordinarium B. Lutheri* munus hic attendimus.

Ministerium B. Lutheri
diverse considerandum est

1. nature Lutheri

Ordinatio Sacrificatorum
q. d. vchit huj

13. [3] Num B. Lutheri ministerium ex omni vel parte, vel
respectu, vel etiam omni tempore fuerit legitimum? Facile siquidē
largimur, quod pro diversa consideratione non unum de *B.*
Lutheri ministerio judicium fieri debeat. Nam quoad ingres-
sum ejus ministerium potius *illegitimum*, quam *legitimum*, non
orthodoxum, sed *heterodoxum*; non *Christianum*, sed *Antichri-*
stianum extitit, quia potius *Papæ*, quam *Christi* minister fuit,
siquidem non ad *verbi praconium*, sed ad *Missæ sacrificium* or-
dinatus est, quemadmodum ipse *T. 2. Jen. Lat. p. 578.* conqueri-
tur. Pontificii, scribit, *Episcopi* loco ministrorum verbi or-
dinant sacrificulos, qui missas sacrificent & confessiones au-
diant. Hoc enim vult *Episcopus*, dum calicem dat in manum
& confert potestatem illum consecrandi pro vivis & mortuis.
Item cum illis sacrosancto mysterio Spiritum in aures inflat,
Et Confessores facit, dicens: *Accipe Spiritum Sanctum.* Hæc
est illa potestas consecrandi & absolvendi gloriosissima.
Non invenies unum ordinatum, qui audeat dicere, sibi
inter ordinandum esse mandatum, ut mysteria *CHRISTI*
dispenset, & Evangelium doceat, Ecclesiam Dei regat, quam
acquisivit sanguine suo: plane nullus hoc audit unquam
nec ad se pertinere putat, calicem verò accipit, & hoc totum
esse putat, quod ordinatur, ut liceat Christum in *Missæ* con-
secre-

1

ynofu-
t. Erat
licatio-
IV, 10.
in Ec-
agnū
ocabat,
Satanæ
eporta-
us, non
conces-
i vere-
traordi-
mus.
te, vel
liquidē
n de B.
ingres-
um, non
ntichri-
fuit,
ium or-
nqueri-
erbi or-
nes au-
manum
mortuis.
s inflat,
m. Hæc
blissima.
re, sibi
RISTI
at, quam
unquam
c torum
ssa con-
secra-

secrare & sacrificare; deinde Confessiones audire. Caterum
ad Ministerium verbi alia nova apud eos requiritur vocatio,
nempe vel Parochi, vel Magistratus, tanquam incomparabili-
ter minor, quam illa sacri ordinis & characteris collatio, ut
quæ non pastoribus, aut Episcopis, sed planè infimis commit-
ti debeat. Sic etiam alibi passim inter Ministerium *tum* suum,
tum aliorum distinguit, qua pium & Christianum, scripturæ
dictis sancitum & quæ impium & variis Papisticis larvis Anti-
christianis vestitum. It, scribit de Instit. Minist. ad Prag. qui
hactenus ordinati sunt, doleant, sese sic fuisse per MENDA-
CII LARVAS illusos. Nam si unquam conservarunt, aut offi-
cium Ministri Ecclesiastici expleverunt, id certè non virtute
sacri ordinis sui, qui est verum mendacium & irrisio Dei, fe-
cerunt, sed virtute fidei & Spiritus Ecclesiæ, quæ eos in loco
ministerii hujus toleravit, & admittere coacta fuit. Sed nunc
cum res cognita manifestetur, amplius ludendus & irriden-
dus Deus non est, sed fugiendæ sunt LARVÆ ILLÆ MEN-
DACIORUM, ceu reterrimæ pestes animarum, & ignominia,
turpissima Ecclesiæ Dei. Qui autem per suas LARVAS ad lo-
cum Ministerii pervenit, age Ministerium (scil. Christianum)
apprehendat, & deinceps purè ac dignè administret, sacrifi-
candi officium deserat, docens verbum Dei ac regens Ecclesiã:
caterum uncturam & totam ordinationem, qua intravit, ex
animo damnet ac derestetur. Neque enim necesse est, locum
quoque ministerii relinquere, licet impiis ac perversis modis
adscenderis, dum animus ipse corrigatur, ac MODUS damne-
tur. Quos autem B. Lutherus intelligat *larvas*, illud ex eodem
libro prolixè dedimus expositum *Colleg. V. contra Anatomicum*
Aug. Confess. Thom. Henric. disp. 4. tb. 3. nim. quod tales larvæ
sint (1) *character indelebilis* (2) *Unctio Episcopalis* (3) *Sola Sacer-*
dotum Episcopalis constitutio sine populi suffragio. (4) *ordinatio*
vaga Papistarum (5) *ordinatio ad sola beneficia* (6) *Ignorantia*
& negligentia finis penes ordinantes Episcopos. (7) *Ministorum*
ad alium finem destinatio, videl. ad Missæ sacrificium & Con-
fessionis auricularis auditum. [8] *sacerdotalis rasura, papisticis*
usita.

*de his Sacrificiis Ordin.
in Papatu*



*usitata. [9] Ordines varii Papistarum. (10) Ministrorum verbi
à sacerdotibus distinctio. [11] Baptismi veri contemptus, falsi usus
& usus. Hæc omnia l. d. ceu larvas Papistici Ministerii, B. Lu-
theri verbis demonstravimus. Nunc observamus, quod B. Lu-
therus distingvat l. c. [1] inter rem & rei modum, quia modus
potest esse culpabilis, res tamen ipsa laudabilis manet, sic &
modus primis temporibus in B. Lutheri ministerio legitimus
non fuit: ministerium tamen ipsum propterea non cessavit. (2)
inter rem & rei circumstantias, quas B. Luth. in ministerio lar-
vas appellat: has in ministerio suo primò quidem Lutherus
habuit, postea verò mutavit, atq; sepositis papisticis larvis ve-
ri ac legitimi ministerii studiosus fuit, exemploque suo pari-
ter alios ad imitationem invitavit. (3) inter Ministerii ingres-
sum & progressum: quoad ingressum satis multa nobis historia
B. Lutheri, statusque temporum illorum suppeditat, quo mi-
nus B. Lutheri ministerium legitimum appellare queamus.
Non enim ad Verbi prædicationem & sacramentorum dispensa-
tionem, sed ad Missæ sacrificialem oblationem & ad Confessionis
auricularis inquisitionem & auscultationem ordinatus est: sed
quantum potuit, à primis statim annis Ministerium suum, jux-
ta scripturæ cynosuram, administrare suscepit, & per Dei gra-
tiam tantos in Ministerii sui studio profectus egit, ut succes-
su temporis legitimas Ministerii partes ac functiones ex sacris
litteris cognosceret, & ad eas expediendas se totum converte-
ret. (4) Dist. etiam in Lutherum primum & novissimum: primò
inter larvas papisticas nomen profectus est, postea verò, juxta
sacras literas, ministerium suum obiit. (5) B. Lutherus quoque
distingvit inter Ministerium Ecclesiæ, & Papalis hierarchiæ, vel
Curie Romane, prius legitimum, posterius illegitimum est cen-
sendum.*

p. affirmative,

14. (4) Sed hoc potissimum est, de quo nunc inter nos & Pa-
pistas disquiritur: Num B. Lutheri ministerium eo tempore, quo
se Papistis opposuit, rectius auditores & lectores suos instituit, ex
sacris literis veritatis lucem contra tenebras Pontificias restituit,
& doctrinam suam adversus omnis generis hostes ex solo Dei ver-
bo de-

bo defendit, fuerit & permanserit legitimum? Hoc est, quod
contra *Papistas* affirmamus.

15. Ultimum nunc aggredimur tractationis nostrae mem-
brum, quod plenior *thematis presentis egyptiorum* complecti-
tur, nostram *thesin confirmando*, & *Papistarum antithesin refu-*
tando. Non autem omnia confirmationis capita nunc allega-
bimus, sed aliqua saltem in causae nostrae patrocinium vocabi-
mus, ex quibus satis perspicuitatis & firmitatis quaestioni prae-
senti conciliabitur.

16. Probamus autem sententiam nostram [1] *ab Efficien-*
te legitimi ministerij causa. *Causa Principalis ipse Deus* est, quia
dat verbum cum magno exercitu *Evangelistarum Psal. LXIIX.*
12. cum sit *Dominus Messis Matt. IX, 13.* Ministri proinde legiti-
mi divinitus excitantur, vel divina missione vocantur. *B. Luthe-*
rum autem divinitus excitatum atque vocatum esse, multis
aliorum testimoniis confirmare possemus, nunc paucis rem-
expeditam dabimus. *Johannes Geilerus Keisersbergius*, con-
cionator Argentiniensis, *B. Lutheri ministerium* praedixit his
verbis: Venturum puto quendam **DIVINITUS EXCITA-**
TUM, qui religionem instauret. *Johannes Podusca, Sacrifi-*
culus in Bohemia Anno 1522. literas in hanc sententiam *Luthe-*
ro scripsit: Magna me tenet admiratio, mi *Martine*, quod cum
ceteri omnes, ut videri volunt, doctissimi taceant, tu solus ad
praedicandum surrexeris, haud in animam inductis tot crimi-
nationibus & execrationibus, quibus isthaec tua doctrina obno-
xius. Et tu solus e Germania prodiisti, qui simplicem Christi
mentem, non adulteratam traditionibus humanis, & opinio-
nibus, ut ajunt, bonis, inquinatam proponeres. **TE profecto**
VIGILEM POPULI SUI DEUS CONSTITUIT, quem scio
non mercenaria fraude, quae necessaria sunt ad salutem, do-
cturum esse. *Johannes Staupitius*, Generalis Augustiniano-
rum, Lutherum Augusti & Vindelicorum, cum ad *Cardinalem Ca-*
jeranum suae doctrinae causa vocatus esset, his verbis erigebat:
Memento mi *Martine*, ne tantam rem negligenter agas, quam
IN

Cardo istius.

III. Ecthesis, s.
theseos confirmatio,

1.

T

*B. Lutherus divinitus
excitatus.*

2

3

IN NOMINE JESU CHRISTI incepisti. Sic etiam anno
1512. idem *Staupitius*, cum ipse, totusque Conventus Augusti-
nianorum decrevisset, Fratrem *Martinum* in Theologiae Do-
ctorem promovendum, & hoc decretum omnium nomine,
Luthero sub arbore in *Canobio Wittebergensi* referret, & à *Lu-
thero* responsum acciperet, se tenuioris valetudinis esse, virū
magis idoneum & confirmatæ valetudinis quærendum, nota-
bili sermone dixit: Es läst sich ansehen/ es werde unser
HERR GOTT bald im Himmel und auff Erden viel
zuschaffen haben/ darumb wird ER viel Jünger und ar-
beitsamer Doctores haben müssen/durch die er seine Hän-
del verrichte; Ihr lebet nun / oder sterbet/ so darff euch
GOTT in seinen Rath/darumb folget/und thut/was euch
euer Conventus auffleget. Multa quoque *B. Lutheri*
testimonia de suo ministerio producere possemus, quæ, vivo
Luthero, nemo *Papistarum* in dubium vocare potuit: Sic *Ad-
monit. ad Canonicos Witteberg. t. 2. Alt. p. 356.* scribit:
Ich bin von Euch auch zum Predigamt beruffen / habe
einen Göttlichen Befehl / daß ich die Gemeine Gottes
allhie mit dem reinen Worte Gottes weiden sol: wil mir
derwegen von Amptswegen gebühren/darob mit ernst zu
senn/daß solch übel und Ergernüs in der Stiffkirchen ab-
gestellt werde/ damit wir uns frembder Sünde und
Straffe nicht theilhaftig machen. Item t. 1. p. 561. Ich
habe meiner Hoffnung/daß ich in Gottes Nahmen
angefangen/und das rechte Wort Gottes lehre / keine
stärcker Beweifung und Wunderzeichen denn das sie so
geschwind in alle Welt / ohn mein Treiben und Su-
chen/ dazu durch unzehlich Widerstandt und Verfolgung
aller gewaltigen und gelehrten/ vermehret worden ist/ und
uneinigheit anrichtet/und weñ sie das nicht thäte/wäre ich
lengst verzagt/und matt worden. Item t. 2. p. 189. Ich ha-
be meine

vide supra Synod. Hist. 2.
p. 13.

be mein lehre von Gottes Gnaden nicht allein v̄ d̄s im-
mel erlangt/ sondern auch für Einem erhalten/ de r mehr
vermag in seinem kleinen Finger/ den tausend Päpste/ Kön-
nige/ Fürsten und Doctores! Sie sollen sie mir auch lassen
ewiglich bleiben/ des wil ich ihnen allen troh bieten in Got-
tes Rahmen Eadem passim inculcavit, constantiq; parr he-
sia contra Diabolum & innumeros hostes suos ministerium si-
bi concreditum ad ipsum Deum retulit: quod certe nunquam
tanta confidentia facere potuisset, nisi vel ipse certus de voca-
tione sua divina fuisset, vel aliis tam inimicis, quam amicis de
eadem constitisset. Qua de causa *Ministerium B. Lutheri* legiti-
mum omnino censendum & habendum est, cum alium auto-
rem nullum agnoscat, præter ipsum Deum, Ministerii condito-
rem. *Causa Minus principalis legitimi Ministerii* dicitur *Ecclesia*,
cum *Doctores Ecclesie Ministri* vocantur Col. I. 25. nec alibi,
quam in *Ecclesia* Ministerium ipsis concedatur, totumq; Mini-
sterium ipsorum circa *res Ecclesie* versatur. Sic *Lutherus* etiam
ab Ecclesia vocatus est, ut in cætu *Wittebergensi* purum Dei ver-
bum, juxta SS. *Literarum* præscriptum, doceret, prout ex ejus
testimonio, parrhesias ministerialis pleno, modo notavimus:
idem etiam testatur *Epistol. dehortat. ad Mulhus. senat. contra*
Munzer. t. 2. Altenb. p. 790. a. Es nehme Jhn (Munzern)
ein Ehrsame Rath für sich/ auch für der ganzen Gemeine
(kan es geschehen) und frage ihn/ wer ihn hergesand/ oder
geruffen habe zu predigen? Es hatt ie der Ehrsame Rath
nicht gethan. Wenn er den saget/ Gott und sein Geist has
be ihn gesand/ wie die Apostel/ so last ihn dasselb beweisen/
mit Zeichen und Wunder/ oder wehret ihm das predigen.
Den wo Gott die ordentliche weise wil endern/ so thut er als
lewege Wunderzeichen dabey. Ich hab noch nie gepredis
get/ noch predigen wollen/ wo ich nicht durch Men-
schen bin gebehnten und beruffen. Den ich mich
E nicht

²
ab Ecclia vocatus J. B.
Lutherus

nicht berühmen kan/ das mich Gott ohne mittel von Him-
mel gefand hatt/wie sie thun und lauffen selber / so sie doch
Niemand sendet/ noch ruffet (wie Jeremias schreibet) das
rumb richten sie auch kein gutes an.

*Ecclesia sub Papatu
& mansit*

Sic igitur B. Lutherus in eo gloriari potuit, quod ab Ecclesia vocatus, atq; minister e-
jus constitutus sit. Nam & tum temporis Ecclesia sub Papatu
permanfit, licet multis modis corrupta fuerit. Nec unquam
vel Ecclesia, vel alii, B. Lutheri ministerio tum temporis contra-
dixerunt. Quod proinde ministerium Ecclesiae legitimum tum
fuit, hodie certe vel negari, vel in dubium vocari non poterit.

*Causa Ministerialis
Missary*

Causa ministerialis legitimi ministerii communiter dicitur Episco-
pus vel Superintendens, quibus mediantibus, idoneae personae sa-
cris initiantur. Lutherus ipsemet initiationis suae meminit an-
no 1530. in Admon. ad Ecclesiast. Augustae congregatos t. 5. Alt. p. 209.

B. Lutheri Episcopi

a. Mein Weib Bischoff da er mich zum Pfaffen machte /
und den Reich in die Hand gab/sprach ja nichts anders/den
also: Accipe potestatem sacrificandi pro vivis & mor-
tuis. Episcopus a. à quo B. Lutherus ordinationem suscepit,

fuit juxta nonnullos Hieronymus Episcopus Brandenburgensis. Hic
ad decretum Patrum Augustinianorum Lutherum sacris initiavit,
de quo testimonium nobis literae Lutheri, quibus Johannē Braun,
Vicarium Isennacensem ad solennitatem primae Missae invi-
tavit, reliquerunt. Sic enim inter alia scribit: Cum gloriosus

Deus & sanctus in omnibus operibus suis infelicem me, quin
& omnibus modis indignum peccatorem, tam magnificè exal-
tare, inq; sublime suum ministerium sola & liberalissima sua mi-
sericordia vocare dignatus sit, ut tantum divinae bonitatis ma-
gnificentiae (vel quantumcunque poterit pulvis) gratus sim,
creditum mihi officium implere omninò debeo. Quamobrem

ad decretum Patrum meorum die Dominica quarta, quam Can-
tate vocamus, futura, hoc ipsum, patrona Dei gratia, enceniare
constitutum est. Is enim dies nostris primitiis Deo dicendis

ob commoditatem patris mei addictus est. Ad quas tuam hu-
manitatem humiliter, sed audacter fortassis, invito. &c. Fuit
equividem Episcopus iste Papisticus quoad rei modum, fuit etiam
Epi-

Episcopus Ecclesiae, quoad rem ipsam. Nam Episcopi tum temporis ex parte veri fuerunt, ex parte falsi Episcopi. Veri quatenus Ecclesiae praefuerunt, aliqua doctrinae capita retinuerunt, Episcopale munus in tantum susceperunt, & per ritum ordinationis ministros constituerunt: Falsi, quatenus magis Papisticis nugis atque larvis, quam divinis institutis tribuerunt, rebus Ecclesiae res papisticas commiscuerunt, & sacerdotes non tam ad docendum verbum, quam ad celebrandum Missae sacrificium ordinarunt. Cum igitur tum temporis non alii legitimi fuerint in Ecclesia Episcopi, certe *B. Lutherus* in tantum legitimum ministerium accepit, neque Papistae legitimum ejus statum inficiari poterunt.

17. (2) à causa materiali legitimi ministerii, quia ministerium legitimum etiam objectum legitimum requirit. Objectum ministerii legitimum aliud est reale, nimirum Verbum et sacramenta, quia sunt verbi ministri Col. I. 23. & aeterni mysteriorum divinatorum I. Cor. IV. 1. in spiritali Dei aeternia, vel magna domo Dei I. Tim. III. 15. Quod a *B. Lutherus* fidelem se ministrum circa haec Dei mysteria praestiterit, ejus rei testes quam plurimos introducere promptissimum esset. Udalricus ab Hutten Epistolam edidit circa tempus Wormaciensium Comitiorum, ejus exordium ita sonat: Udalricus ab Hutten Cardinalibus, Abbatibus, Episcopis, Praepositis et universo sacerdotum Concilio, Lutherum ET VERITATIS ac libertatis causam apud Wormaciam nunc impugnantibus, respiscere. Video vos per potentiam aequitatem opprimere & leges conculcare &c. quando Martinum Lutherum, hominem vita & moribus sic probatum, ut ne ab inimicis quidem vobis improbetur, PRÆDICATOREM VERITATIS & EVANGELICÆ DOCTRINÆ DISPENSATOREM FIDELISSIMUM, per scelus & iniquitatem affligi à vobis, lacerari ac conserpi video. Erasmi iudicium de Luthero legitur t. 2. Lat. Jen. p. 331. Personæ, per quas res agitur, suspectæ. Cum optimus quisque, & EVANGELICÆ DOCTRINÆ proximus dicatur minimè offensus Luthero. Qui Lutherum impetunt, ea inducunt, quæ nullæ aures piæ ferunt. Mundus sitit VERITATEM

Handwritten note in red ink:
Lutherus ab Hutten

Handwritten note in red ink:
Lutherus ab Hutten

Handwritten note in red ink:
Objectum Ministerij reale B. Lutheri.

Handwritten note in red ink:
f. Verbum Dei

Partial text from the left page:
Hinc
doch
das
berus
ter e
aparu
quam
ontra
tum
erit.
Episco
nae fa
it an
p. 209.
chte /
den
mor
cepit,
s. Hic
tiavit,
Braun,
invi
riosus
quin
exal
na mi
s ma
sim,
obrem
n Can
eniare
candis
m hu
Fuit
tiam
Epi-

- EVANGELICAM, & fatall quodam desiderio videtur huc ferri, undè fortè adeò non oportet odiosè resisti. *Paulus Langius*, monachus, in *Chronico Ziticensi* Anno 1520. scripto, de *Luthero* iudicium optimum tulit: *Martinus* Theologus consummatus, profundus, incomparabilis, sacram Theologiam, ad fontalem dignitatem, primævamq; puritatem, nec non Evangelicam, sinceram, simplicemq; suam illam innocentiam, omni prorsus seculari Philosophia explosa, revocare conatur. *Johannes Cellarius* anno 1520. de *Luthero Lipsia* sic scripsit: Verissimè dico, quod *Martinus* noster EA FIDE SACRAM SCRIPTURAM tractet, qva palmam omnibus adversariis, Italis, Græcis & Hebræis longè præripiat. Et dico amplius. *Martinus* EVANGELICAM VERITATEM magis amat, ac omnes Adversarii. Scripta ejus ita mihi placent, qvæ diligenter hætenus evolvi, ut ab illis haud ullus Papa me, non Cardinalis, aut Monachus, quantumvis atrox sit, avellere possit. *Nicolaus Illnerus*, Vicarius Colonienfis, vir octogenarius, legens *Lutheri* scripta anno 1520. hanc observationem de *Luthero* notavit: singulis ejus literis omen inesse hoc modo: *Lux Vera Totius Ecclesie Romanae*. Et in ipsis *Augustanis Comitibus* Papistæ nostræ doctrinæ Veritatis, ac genuini cum S. L. consensus, elogium attribuerunt: in suis autem traditionibus suffragia Patrum saltem locum invenire statuerunt. Nam Doctores ibidem congregati contra *Lutheranos*, à Principibus suis interrogati, Num *Saxonum Confessionem h. e. Augustanam*, ex solidis scripturæ fundamentis refutare possent? responderunt: Propheticis & Apostolicis scriptis illam minimè posse refutari; sed opus esse Patrum & Conciliorum Arietibus & Decretis ad illius refutationem. Sic *Episcopus Augustanus*, *Christophorus Stadius*, sive à *Stain*, præsentibus alijs dixit: *Ille, qvæ recitata sunt, sunt pura veritas, non possumus inficiari*. Alia testimonia nunc dimittimus. Cum igitur & amicorum, & hostium adsint testimonia, quod *B. Lutherus* purum atq; sincerum Dei verbum docendo proposuerit, & legitimum Sacramentorum usum præterea defenderit, adulterina verò Papistarum Sacramenta rejecerit, ac in omnibus his
- obje-

objectis ministerii sacri legitimis fidelem se ministrum præstiterit, nemo de legitimo ejus ministerio dubitare poterit.

18. (3) à causa formali legitimi ministerii. Forma legitimi ministerii à variis variè consideratur, nullis tamen respectibus B. Luthero ministerium legitimum denegari poterit. Brevis h. l. formam triplici respectu notabimus, tum quoad fieri, tum quoad esse, tum quoad operari. Quoad fieri ministerium formaliter constituitur quoad vocationem & ordinationem: illa divini, sed *hæc* Ecclesiastici juris. Non enim ἀκλητοι, qui vocationis omnis expertes sunt, vel αὐτόκλητοι, qui sua sponte currunt, nec κακὸκλητοι, qui malis artibus se fraudulenter, aut violenter ingerunt: sed θεόκλητοι, qui divinitus missi sunt, per Ecclesiam vocati, veri sunt & legitimi Pastores ac Ecclesiæ ministri. *Quomodo predicabunt*, inquit Paulus, Rom. 10. 15 nisi missi fuerint. Et Deus ipse conqueritur apud Jerem. XXIII. 21. *Currebant, & non mittebam eos.* Et alibi vocationis necessitatem pluribus argumentis demonstratam dedimus, quia nemo, nisi rite vocatus, in Ecclesia publicè docere debet, ut Aug. Confess. art. 14. & per eam B. Lutherus testatur. Et semper B. Lutherus sponte sua currentes *Schvvermeros* improbavit. T. 5. Jen. Germ fol. 29. im Brieff von den Schleichern und Winckel Predigern scribit: Sie sind damit wol und leichtlich zuegreiffen/ wenn man sie fraget vmb ihr Vocation/ wer sie habe heissen hez schleichen/ oder kommen/ oder in Winckel so predigen/ so mögen sie kein Antwort geben/ noch ihren Befehl anzeigen. Und ich sage fürwar/ wan solche schleicher sonst kein Bn- thätlein an sich hetten/ und eitel Heilige weren/ so kan doch das einige Stück (dass sie ohn Befehl und ungefordert kommen geschlichen) sie für Teuffelsboten und Lehrer mit Gewalt überzeugen. Et postea: Wo man nicht auff den Befehl und Befehl fest stünde und dringe/ würde zu letzt keine Kirche nirgend bleiben. Vocationem etiam suam non saltem verbis, sed etiam factis ad versariis opposuit, & omnium suum ministerium in eadem fundatissimum asseruit. Legitimus

forma S. Ministerii

de quoad fieri

in Vocatione legitima

in Ordinatione
B. Luth. Ordipatio
S. 16. 3. 1.

Ordinatio moderna
P. 16.

Examen

Investitura

B. quoad Pre

timus igitur, quoad *vocationem*, minister extitit, quod nec unquam hostes eius, scrupulose singula cumulantes, inficiari sunt ausi. Quoad *ordinationem* facile largimur, quod *ordinationem* magis *impuram*, quam *puram* susceperit, uti superius annotavimus, Pontificii tamen nec *illam* reprobare possunt: ordinatus est ipse anno 1507. prout antea fuit observatum: ordinationis suae varios agnovit defectus & excessus, quos *larvas & nugas* appellare solitus est, sed rem ipsam tamen non improbavit: unde adhuc hodie apud *Lutheranos* ordinationis ritus est in usu; siquidem *ordinatio Lutheranorum* nihil aliud est, quam solennis & publica testificatio, qua vocatio illius personae, quae ordinatur, in conspectu Dei & ipsius nomine legitima esse declaratur, ministerium Ecclesiasticum commendatur, atque ad illud per preces & manuum impositionem consecratur & inauguratur, & officii sui publice, in totius Ecclesiae conspectu solenniter & graviter admonetur. Hanc praecedit *δοκιμασία*, vel Examen aliquod ad explorationem *ικανότητος* futuri ministri, sicut *Paulus* requirit: *I. Tim. III. 10.* Diaconi probentur, vel explorentur prius, & tunc suscipiant munus Diaconorum: nam ministerium Ecclesiasticum fidelibus hominibus (cum in ministro fidelitas necessaria sit virtus *I. Cor. IV. 2.*) utpote qui soli sunt idonei ad alios docendos *II. Tim. II. 2.* nec aliis citò manus imponendae suat, ne peccatis alienis communicemus *I. Tim. V. 22.* Sic ipsa ordinatio apud nos devotis precibus *tum* presbyterii, *tum* Ecclesiae totius, atque solenni *χειροθεσία* perficitur, quam investitura, vel initiatio plerumque sequitur, quando persona legitime vocata & ordinata, secundum Ecclesiae cujusque consuetudinem gregi sistitur. In omnibus his idea quaedam Apostolica ordinationis deprehenditur, uti colligere licet ex *Act. VI. 6. XIII. 3.* Quoad esse Ministerium legitimum in publica potestatis Ecclesiasticae collatione, possessione atque dispensatione consistit, quae certe non est *αὐτοκράτορικὴ*, vel principalis; neque *πολιτικὴ* i. civilis, sed *διακονικὴ* & *ἐκκλησιαστικὴ*, vel *Ministerialis*, qualis ab Ecclesia Ministris conceditur, cum verba secundum substratam materiam intelligenda sint, neque potestas ultra concessum offi-

officium extendere se potest. Quale proinde *Officium*, talis eti-
am ejus *potestas*. *Ministeriale* v. dicitur hoc *officium*. *Ministerialis*
igitur hæc est *potestas*; qualis est *potestas predicandi verbum*: sicut
me misit Pater, inquit Christus, *ita mitto vos* Job. XX. 21. de qua po-
testate Paulus loquitur II. Cor. X. 8. *Nam etsi amplius aliquid glori-*
atus fuero de potestate nostra (eam ἐξουσίαν appellat) *quam dedit*
Dominus nobis in edificationem, & non in destructionem vestri: i-
dem vere repetit Cap. XIII. 10. Est etiam *potestas dispensandi my-*
steria & sacramenta regni Christi, cum ministri sint *œconomi my-*
steriorum divinorum I. Cor. IV. 1. quo pertinet etiam *potestas mi-*
nisterialis jurisdictionis, quæ consistit in *clavium usu*, quo mini-
ster *clavis solventis atq; ligantis potestatem* exercet juxta Christi
concessionem Matt. XVI. 19. XVIII. 18. Job. XX. 23. Has omnes
Ministerii partes, B. Lutherus fideliter obiit, ac in iis legitimum
ministrum se cunctis probavit, quemadmodum ejus scripta do-
cent. Hinc *quoad operari* fidelis fuit *administrator & œconomus*
in domo Dei, purum Dei verbum docendo, à corruptelis hære-
ticorum idem repurgando, & contra depravationes adversari-
orum illud defendendo, unde *Huttenus* eum *Prædicatorem Veri-*
tatis & Evangelicæ doctrinæ dispensatorem fidelissimum, prout
superius audivimus, tempore *Wormaciensium Comitiorum*
appellavit. Et postea scribit: *Evangelium nec ipsi predica-*
tis, nec predicari ab aliis, nisi magna interposita cautione, finitis, ti-
mentes, ne quod vobis ulcus tangatur, ac Lutherus, quia veritatem
dixit vobis, exitium molimini. Item: *Vos Lutherum damnabitis*
divini verbi Annunciatorem invictum &c. Et certè si cunctas *Ev-*
angelicæ Ministri functiones & operas conferimus, in omnibus
B. Lutherum *vas electum Dei* fuisse deprehendimus. *Quoad*
officium Didacticum cælestem doctrinam ex purissimis *Prophe-*
tarum & Apostolorum scriptis hausit, & scriptis quamplurimis
exposuit. Et sive studium *Catecheticum*, quoad doctrinam rudi-
orum, sive *exegeticum*, quoad Bibliorum evolutionem & expli-
cationem, sive *homileticum*, quoad conciones utilissimas, re-
spiciamus, in omnibus his excellentissimam operam Ecclesiæ
veræ præstitit. Et ubi rerum & scriptorum tot apertissima do-
cumenta adsunt, ibi non opus est proluxa probatione. *Quoad of-*
fici-

B. Lutheri Ministeria
quoad Ver-

officium Elencticum potens fuit ἵνα ἀντιλέγουσας ἐλέγχειν, h.e. *contradicientes convincere*, imo ἵνα ἀπολόμωσ ἐλέγχειν h.e. *strictè, succinxe, precise, invictè refutare*, eidem quasi proprium fuit, a deoq; ἵνα ἐπισομίζεν etiam ipsi adfuit, qualia in legitimo Ecclesie Ministro *Paulus* requirit *Tit. I. 9. 11.* Quoad *officium Pædemptivum* legem Dei, ejusq; virtutes rectius explicuit, & genuinum bonorum operum exercitium à variis superstitionibus & humanis traditionibus reformatum, Ecclesie Dei restituit. Quoad *officium Epanorthoticum* severus fuit morum censor, & citra respectum personarum peccata Statuum omnium redarguit, quemadmodum vitia Imperatorum, Regum, Principum, Cardinalium, Episcoporum & aliorum passim severis objurgationibus ex zelo sanctissimo reprehendit. Quoad *officium Paracleticum*, dulcissimos Evangelicæ doctrinæ fontes, à Papalibus Philistæis cæmentis humanarum traditionum obstructos, rursus aperuit, omnibusq; peccatoribus consternatis suavissimas consolationes ex Evangelio de gratuita Dei misericordia, de merito Christi preciosissimo, de remissione peccatorum suppeditavit. In his omnibus *B. Lutherus* se verum, fidum ac industrium Ecclesie ministrum demonstravit, de quo *Wolfgangus Severus*, olim *Ferdinandi Regis* Præceptor cecinit:

*Japeti de gente prior, majorve Luthero,
Nemo fuit, nec habent secula futura parem.*

V. Causa finalis Ministerii (4) *à causa finali legitimi ministerii.* Est autem *causa finalis* alia respectu Dei, videlicet tum quoad *finem ultimum*, qui vocatur, *Dei gloria*, sicut *Christus ipse*, Minister Circumcisionis καὶ ἐξοχήν *Rom. XV. 8.* testatur: *Ego te glorificavi super terram: Job. XVII. 4.* & hoc omnium *Ministrorum* officium est, ut Deum glorificent super terram. Qua de causa *David* inquit *Psal. CXV. 1.* *Non nobis Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam.* Sicut regis mundani servi, vel ministri, tantum ad folius regis honorem omnes suas actiones, omnia sua ministeria referunt. Sic etiam *Regis cælestis ministri* solum ad regis sui gloriã toto suo ministerio respicere tenentur.

Non

Non enim sine causa *Ministri veri, servi Dei* nuncupantur. Sic igitur *omnia fiant ad gloriam Dei*, juxta præceptum *Apostolicum* I. Cor. X, 31. Tum quoad finem subordinatum, qui vocatur *Dei notitia*, siquidem propterea Ministerium institutum est, ut sanctificetur nomen Dei, veniat regnum ejus ad nos, & eis cognoscatur ac observetur voluntas *Matth. VI, 9*. Sic itidem ipse Christus de Ministerio suo testatur *Joh. XVII, 6*. Ego manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: quod etiam passim Apostolorum dicta & facta contestantur. Alia respectu Christi, vid. tum *Christi cognitio*, siquidem juxta monitum *Prophético-Apostolicum* *Jer. IX, 23*. I. Cor. I, 31. non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, judicium & justitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus. Conf. I. Cor. II, 1. tum *Christi revelatio & prædicatio* *Luc. XXIV, 46*. *Act. X, 36*. seq. Alia denique respectu Nostri, qua ratione, *Theologi* rursus Finem Ministerii subordinatum videl. fidem salvificam, & ultimatum, vitam æternam annotant. De prioribus certa, quia Doctores sunt Ministri, per quos homines credunt *I. Cor. III, 5*. *Quis est Paulus: Quis Apollo? Ministri, per quos credidistis: & fides* dicitur *ex auditu*, *auditus autem per verbum Ministrorum prædicantium* *Rom. X, 17*. De posteriori quoque plurima S. literarum extant testimonia. *Petrus* inquit *Angelus Cornelio* *Act. X, 14*. loquetur tibi verba, per quæ **SALVERIS TU ET UNIVERSA DOMUS TUA**. *Timotheo* non tantum, sed etiam cuilibet Ecclesiæ Ministro *Paulus* scribit: *Attende tibi ipsi & doctrinæ: instat in illis: hoc enim faciens, TEMPSUM SALVABIS, ET EOS, QUI TE AUDIUNT: siquidem ita placuit Deo per STULTITIAM PRÆDICATIONIS (in Ministerio) SALVOS FACERE credentes*, cum Evangelium (vid. in ministerio prædicatum, & mediante prædicatione fide susceptum) sit potentia Dei ad salutem omni credenti *Rom. I, 16*. Hæc omnia de *B. Lutheri Ministerio* quam certissima sunt. Magnæ tenebræ, circa nominis divini cognitionem

² quoad Subordinatum

applicatis ad B. Lu
theri Minist.

D

tionem

tionem atque celebrationem ante *B. Lutherum* sub *Papatu* fuerunt: sed lux divinæ cognitionis, lux divini cultus per *B. Lutheri ministerium* rursus accensa deprehenditur. De *Christo* pariter ante *Lutheri* Reformationem altum fuit silentium, quoad veram & salutarem cognitionem, quoad Ministerialem & spiritualem prædicationem. *Sanctorum honor & gloria* cuncta templa *Papistarum* replebat. Sed per *Lutheri* Ministerium Evangelium de *Christo* ex *S. literis* restitutum, præconium Evangelii de fide & gratuita remissione peccatorum per *Christum* Ecclesiæ redditum cum doctrina de fide, quam oportet in Ecclesia præcipuam esse, tamdiu jacuerit ignota, quemadmodum fateri omnes necesse est, de fidei justitia altissimum fuisse silentium in concionibus, tantum doctrinam operum versatam esse in Ecclesiis, nostri *de fide* nunc admonerunt Ecclesias, scribunt *Augustani Confessores Art. XX. Et art. V. fidem sacrificam finem ministerii* constituunt: Ut hanc fidem consequamur, institutum est Ministerium docendi Evangelii & porrigendi sacramenta. *Viam* denique salutis unice *B. Lutherus* intendit, quia purum Evangelium sine traditionibus humanis prædicavit, quod est verbum vitæ *Joh. VI, 69. sermo salutis Act. XIII, 26. sermo regni Matr. XIII, 19. &c.* Ex quibus omnibus sole meridiano clarius apparet, quod nullo titulo ratione finis *B. Lutheri ministerium* illegitimum appellari possit.

20. (5) *Ex ministrorum legitimorum titulis*, Ministri legitimi vocantur *Boni pastores*, qui *Mercenariis* opponuntur *Joh. X, 11.* sic enim ibi *Christus*: *Ego sum Pastor bonus: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, & dimittit oves & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves Mercenarius autem fugit & non pertinet ad eum de ovibus. Qvis vero sit Mercenarius, inquit *Jansen. in Concord. Evang. p. 505.* censendus, paucis verbis bene expressit *Augustinus*. Sunt, inquit, quidam Ecclesiæ præpositi, de quibus *Paulus Apostolus* dicit: *sua querentes, non quæ Jesu Christi.* Quid est, *Sua querentes?* Non *Christum* gratis diligentes, non *Deum* propter *Deum* querentes,*

tes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honore
ab hominibus appetentes. Hæc quando amentur à præposi-
to, & propter hæc servitur Deo, quisquis est talis, mercenarius
est inter filios se non computet. De *B. Luthero* verissimum
est, quod nec temporalia commoda, nec lucra, nec honores
sectatus sit. *Erasmus Roterodamus in Epist. ad Thomam Cardi-
nalem Ebonens. l. ii. Epist. 1.* Hominis (*Lutheri*) vita magno
consensu probatur: jam id non leve præjudicium est, tantum
esse morum integritatem, ut nec hostes reperiant, quod ca-
lumnientur: *Idem in Epist. ad Fridericum Electorem Saxon.* Lu-
therus mihi tam ignotus est, quam cui ignotissimus, ut suspe-
ctus esse non queam, quasi faveam amico. Hujus lucubrati-
ones nec tueri meum est nec improbare, ut quas hactenus non
legerim, nisi carptim. Certe vitam hominis nemo, qui novit, non
probat, quæ cum LONGISSIME ABSIT AB OMNI SUSPICIO-
NE AVARITIÆ atq; AMBITIONIS, & morum innocentia,
vel apud Ethnicos favorem invenit. Et hæc calumnias etiam
in diebus vitæ magno spiritu refutare potuit, *Lutherus*, quas
mendaces homines de ejus avaritia & ambitione spargebant.
Sic n. t. 1. *Jen. Germ.* scribit p. 549. Es ist offenbar/ wie
ich kein Geld drum nehme/ solches zu lehren/ wie sie neh-
men/ Johannes Eck ist aber mit reich worden/ und etliche
mehr. So habe ich ie keine Gunst davon/ so habe ich als
le Schand und Fahr davon. Item fol. 404. Es ist ges-
chehen zu Leipzig auf den Schloß in der Cankelen / da
durch die Eckische Practick gehandelt ward / von der Di-
sputation/ nach seinen Vorthail und meinen Nachtheil/
und wier sahen/ das die Ehre ward mehr / den die War-
heit gesuchet von den Wieder Part/ und ich biß zu der Zeit
gehoffet/ sie hettens in Gottes Nahmen/ wie Ich / ange-
fangen/ da sprach ich mit kläglichen Worten und betrüb-
ten Gemühte/ das Ding ist nicht in Gottes Nahmen an-
gefangen/ es wird auch nicht in Gottes Nahmen ausge-
hen &c.

Bong Pastor f. B
Luthey

hen &c. Certè si *B. Lutherus* vel lucri, vel honoris cupidus fuisset, facilè cupiditatem hanc Romanus Præful & Episcoporum chorus explevissent. Sed quod alienissimus fuerit ab utroq; vitio, vel ex hostium testimoniis patet, nec aliud ejus tota vita contestatur. Econtra vero *Boni Pastoris* instar pro suis o-

2 vibus vitam obtulit hostib9 suis infensissimis *Augustæ Vindelico- rum Anno 1518. Wormatiæ Anno 1521.* nec unquam vitæ suæ causa fugere, sed potius sapius pro gloria nominis Christi, pro veritate Evangelii martyrium exoptare voluit. Sic etiam Bo-

3 nis Pastoribus *Fures & Latrones* opponuntur *Job. I, 1. 8.* qui videl. non per januam, non ostiarii beneficio, sed aliunde intrant ovile, vel Ecclesiam; *B. Lutherus* a. per Christum Jesum, per ejus verbum, scripturam sacram, beneficio spiritus S. ministerium suum ingressus est, quemadmodum magna *πρόσλα* t. 2. *Jen. Germ. f. 71.* scribit: *Es ist nicht möglich / das ein Mensch solte ein solch Wesen anfahen und führen. Es ist auch ohn mein bedencken und Rahtschlag so ferne kommen / es sol auch ohn meinen Raht wol hinnaus gehen / und die Pforten der Hellen sollens nicht hindern / ein ander Mann ist / der das Rädlein treibet* *Ibid f. 107.* *Ich bin gewis das mein Wort und Anfang auf Gott sey / das meine Lehre nicht mein / sondern Christi ist.* *Mali Pastores* etiam prolixè describuntur *Ezech. XXXIV. 2.* *Væ pastoribus Israel, qui pascebunt, semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascentur? Lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis; quod fractum est, non aligastis, & quod abjectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quaesistis: Sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset Pastor. Egregiam hic cernimus cleri Papistici descriptionem, vel picturam Pontificum Cardinalium & Episcoporum, quoad plenariam delineationem, cujus causa multa, piorum virorum testimonia producere possumus.*

mus. Hi proinde se probent, an non sint illegitimi, seu mali pastores. Ad *Lutherum* autem nulla propheticae descriptionis particula referri potest, si munus & ministerium, vel etiam vitam & famam ejus consideramus. Porro Ministri dicuntur *Vigiles Ezech. III, 17.* & passim alibi. Vigilem curam Ecclesiae, sibi commissae, gessit *B. Lutherus*, quod patet ex scriptis & actis in Pathmo: hinc etiam cum periculo vitae potius ad Ecclesiam suam redire, quam, Ecclesia turbata per Carlstadium, in tuto quiescere maluit. Totum pariter Ministerium & historia actorum ejus egregias ipsius curas atque, vigilias pro Christi gregibus ostendunt. Dicuntur legitimi ministri *servi Christi & oeconomi Mysteriorum Dei I. Cor. IV, 1.* Pontificii quidem sacrificii nomine tenus *Christo*, sed ipsa re potius *AntiChristo*, i. e. tantum sanctis *de mortuis* serviunt, neque, mysteria *Dei*, sed potius *Papae*, vel ipsius *satanae*, dispensant. *B. Lutherus* a nugis ejusmodi remotus loco cultus sanctorum verum Christi cultum, loco oeconomias mysteriorum idololatricorum oeconomiam mysteriorum divinorum restituit, & verus Christi minister fuit, ac oeconomus mysteriorum in divinis literis revelatorum. *Legitimi ministri N. T.* quoque vocantur *Evangelistae*, quia *Deus dedit verbum suum magno Exercitu Evangelistarum Psal. LXIX, 12. B. Lutherus* verus fuit *Evangelista*, quia sepultum a Papistis Evangelium per varias traditiones, proprias adinventiones, & varias fabulas, ex puro Dei verbo restituit, hinc etiam propter purissimam Evangelii doctrinam, ejusque mirabilem restitutionem semetipsum *Evangelistam* appellare voluit, ut patet ex *tom. 2. Altenburg. f. 91. b.* Sic enim inter alia scribit ad *Gloriosiss. Elect. Sax. Fridericum: E. Churft. Gnaden weiß/ oder weiß sie es nicht/ so lasse sie es Ihr hiemit kund seyn/ das Ich das Evangelium nicht von Menschen/ sondern allein von Himmel durch unsern Herren Jesum Christum habe (pro- ut nim. hoc ipsum in verbo revelavit) das ich mich wol hette mögen (wie ich den hinfort thun/ wil) einen Knecht und Evangelisten rühmen &c.* Et si quis omnes legiti-

*Bytrai Histor. A. C.
p. 13.*

us fu-
scopo-
t ab u-
jus to-
suis o-
ndeli-
itae sua
isti, pro
am Bo-
qui vi-
nde in-
esum.
s. mi-
ppno la
das ein
Es
e foms
gehen/
ander
bin ges
meine
etiam
Israel,
ous pa-
d cras-
ebatis.
n, non
ctum.
d cum
ae sunt
nimus
Carth-
em, cu-
posse-
mus



timi ministri titulos, in scriptura traditos, conferre voluerit, nullum inter hos deprehendet, qui B. Luthero meritissimo, jure non conveniat.

or
Ministri legitima
za applicant, ad
B. Luthero

1. Electio.

2. Ordinatio

3. Vocatio

21. (6) Ex Ministri legitimi requisitis. Tria juxta Bellarminum ipsum Ministri vel Episcopi legitimi requisita sunt. Sic enim lib. 1. de Cleric. c. 2. scribit: Illud initio pramittendum est, appellatione creationis Episcoporum tria contineri, Electionem, ordinationem & Vocationem, seu missionem. Hæc tria requisita B. Lutheri Ministerio proprie conveniunt. Nam quod Electio concernit, omnino tanquam peculiare quoddam organon divinæ voluntatis & Evangelicæ prædicationis divinitus electus est. Te, scribit Johannes Bodusca de Luthero, verbis superius notatis, profecto vigilem populi sui Deus constituit, quem scio nō mercenaria fraude, quæ necessaria sunt ad salutem docturum esse. Præterea quoq; per Ecclesiam Electus est, utpote qui communi consensu destinatus est ad ministerium. Ordinatio pariter Luthero denegari nequit, prout superius demonstratum est. Deniq; vocationem variam accepit Lutherus ad docendum Evangelium, & ordinariam, & sæpius extraordinariam quando multis aliis in locis ad evangelii præconium à Magistratibus & aliis piis viris vocatus est de qua testatur ipse, quod eam semper expectare voluerit t. 2. Alt. p. 790. Ich habe noch nie geprediget noch Predigen wollen / wo ich nicht durch Menschen bin gebeten und beruffen. Quoad priorem vocatus est (1) ut Minister Ecclesiasticus, sic ut ipse testatur literis superius citatis de Wittebergensibus: Ich bin von euch zum Predigtamt beruffen / habe einen göttlichen befehl / das ich die gemeine Gottes alhie mit dem reinen Wort weiden sol. Idem testatur t. 5. Altenb. f. 288. Idem wē ich schon kein solcher Doctor were / so bin ich dennoch ein beruffener Prediger und habe die meinen wol mögen mit schriften lehren. Quod enim in aliis pastoribus, ceu necessarium requisitum postulavit, illud in semetipso desiderari passus non est. T. 5. p. 287. scribit: der beruff und befehl mache

macht Pfarherr und Prediger. Gleich wie ein burger und
leye mag wol gelehrer sein/aber ist darumb nicht Doctor/
das er in Schulen öffentlich lesen möchte / oder sich solches
Ampts unterwinden/er werde den darzu beruffen. Et paulo
post : Es sey den / das die Prediger gute Freunds
schafft und Zeugnis bringen Ihres beruffs und bes
fehls von Gott zu solchen wercke / in solch Kirchspiel :
sonst sol man sie nicht zulassen/ noch hören/ wen sie gleich
das reine Evangelium wolten lehren / ja wen sie gleich
Engel und eitel Gabriel von Himmel weren. Denn Gott
wil nichts aus eigener wahl oder andacht/sondern alles aus
Befehl und beruff gethan haben /sonderlich das Predigte
ampt. Item: So gedencck nun ein ieglicher:wil er Predigen
oder lehren / so beweise er den beruff und befehl der ihn
darzu treibet und zwinget/oder schweige stille &c. (2) Ue
Professor Academicus. Factum hoc ipsum autoritate Gloric-
sissimi Electoris Friderici III. cognomine sapientis, Academia no-
stra fundatoris laudatissimi & quidem anno 1508. Professoris
a. Theologiae munus nihil aliud requirit, quam ut Theologi-
am omnibus quibus potest, modis ex scriptura, juxta scriptu-
ram & per scripturam fideliter profiteatur, qualis professio
tum doctrinae fidei propositionem, tum ejus copiosam ex S.L.
expositionem, tum haeresium refutationem, tum scripturarum
interpretationem, & alia complectitur, ad quae omnia B. Lu-
therus vocatus, & juramenti vinculo solenniter obligatus est.
(3) Ue Doctor Theologus, de quo saepius ipse B. Lutherus passim,
in scriptis suis in Domino gloriatus est. T. 5. Altenburg. p. 288.
Ich hab es nie gern gethan (scil. ut scriptis alios docue-
rim) thue es auch noch nicht gern / ich bin aber in solch
Ampt ernstlich gezwungen und getriebē/da ich Doctor der
Heiligen Schrift werden musste/ ohne meinen Danck/ da
sing ich an / als ein Doctor dazumahl von Päpstlichen
und Keyserlichen Befehl/ in einer gemeinen/freyen hohen
Schus

Schulen/wie einem solchen Docter nach seine geschworen
Ampt gebühret/ für aller Welt die Schrifft auszulegen /
und ieder man zu lehren/hab ich also/ nach dem ich in solch
Wesen kommen bin / müssen drinen bleiben kan auch noch
nicht mit guten Gewissen zu rüef oder ablassen / ob mich
gleich Papst/ und Keyser darüber verbanneten. Denn
was ich hab angefangen/ als ein Docter / aus ihren Bes
fehl gemacht und beruffen, mus ich warlich bis an mein
Ende bekennen/und kan nun hirtfort nicht schweigen/noch
auffhören/ wie ich wol gern wolte &c. Item p. 968. Ich hab
es offte gesagt/ und sage es noch: Ich wolte nicht der Welt
Gutt nehmen für mein Doctorat, den ich müste warlich
zu lezt verzagen und verzweifflen in der grossen schweren
Sachen/so auff mir ligt/ wo ich sie als ein Schleicher hetz
te ohn Beruff und Befehl, angefangen. Aber nun muß
Gott und die Welt (NB) mir zeugen/ das ichs in meis
ren Doctor: Ampt und Predigt: Ampt öffentlich habe
angefangen / und bis daher geführet mit Gottes Gnade
und Hülffe. Hæc aurea sunt vocationis Testimonia, quod om
nis mundus tum temporis de *Luthero* testari necessum habu
erit, cum legitimè vocatum & in legitima vocatione Ministe
rium suum obiisse ac Evangelii doctrinam prædicasse. Cur
igitur hodie Papistæ id ipsum negant?

B.
Adjuncta

22. (7) Ex ministri legitimi necessariis adjunctis, quæ recen
set Apostolus Paulus I. Tim. III, 2. Oportet, scribit, Episcopum
irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, modestum, be
ne moratum, hospitalem, aptum ad docendum, non vinolentum,
non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed æquum, non litigi
osum, non avarum, qui domui suæ bene præsit, filios habentem su
bditos cū omni honestate. Si quis a domui suæ præesse nescit, quomo
do Ecclesie Dei curam habebit? non neophytū, ne, in superbiā elat9, in
judiciū incidat calumniatoris. Oportet a. Et illum testimonium ha
bere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, Et in
laque.

laqueum calumniatoris. Diaconos similiter modestos, non bilin-
gues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes
mysterium fidei in conscientia pura. Et hi probentur primum
& sic ministrent, nullum crimen habentes. Confer. Tit. I, 6. seq.
ubi similia Paulus repetere, atq; horum adjunctorum necessi-
tatem ostendere voluit. Hæc autem adjuncta longa serie nu-
merata B. Luthero conveniunt, sive eadem absolutè specte-
mus, sive eadem comparatè in collatione ad
clerum papisticum consideremus. Si Lutheri doctri-
nam, vitam, famam, in se conferimus, jam superius ad-
ducta sunt testimonia, quod adversariorum etiam suffragiis
inculpata vitæ studiosus observator extiterit, nec quoad la-
bem externam reprehensionem ipsorum incurrerit. Nihil
hic addimus. Ipsa seculi superioris historia satis de eo nos
certos reddit. Et licet ex scriptis ejus *Papista*, cum primis eo
posteriores varia collegerint, & somnia sua vanissimis nugis
ornaverint, tamen illa constantissimæ historiæ præjudicii ni-
hil afferre possunt. Quod si verò B. Lutherum in respectu ad
Papisticos Episcopos considerare velimus, eum quoad hæc re-
quisita & vitæ probitatem, Angelum ferè fuisse pronunciare
possumus. Omnes enim libri de pessima Pontificum, Cardi-
nalem, Episcoporum & aliorum, vita luculentis testimoniis re-
pleti sunt: sed de pietate, morumq; honestate Lutheri, gravif-
simi scriptores historici nobis indubitatae veritatis attestatum
reliquerunt.

24. (8) Ex Ministerii legitimi fructibus & effectis. Divini
prorsus Ministerii legitimi sunt effectus, cum Ecclesiæ Ministri
non sua, sed Domini quærere, non suas, sed Domini res admi-
nistrare, non suum, sed Domini gregem pascere, non sibi, sed
Domino vivere, non sibi, sed Domino laborare, non sibi, sed
Domino Ecclesiam colligere debeant. Et scriptura passim
divinissimos ejusmodi fructus & effectus prodit. Tales sunt
(1) Evangelii publicatio, predicatio & propagatio Matt. XXIX,
19. Marc. XVI, 15. (2) Spiritus Sancti donatio. Nam ipsum Mi-
nisterium est *διακονία τῆς πνεύματος* II. Cor. III, 8. seu ministe-
rium

E

rium

V. Effectus



rium Spiritus, non tantum ratione institutionis, ratione gubernationis, ratione conlervationis, ratione operationis, sed etiam ratione donationis, quia spiritus sanctus per hoc ministerium donatur fidelibus, Petrus dicit auditoribus ad ministerium suum concurrentibus, Deiq; verbum percipientibus: *Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi & ACCIPIETIS* vid. per verbi ministerium *DONUM SPIRITUS SANCTI* Confer. *Act. IIX, 35-38. IX, 17, X, 44. XIX, 6.* (3) *Hominum conversio, regeneratio, illuminatio, sanctificatio, quia non immediate, sed mediante ministerio Deus homines convertere constituit, quemadmodum perpetua praxis in Ecclesia hoc ipsum demonstrat. Conf. Act. XXVI, 16. 17. Luc. I, 17.* (4) *Peccatorum cum Deo reconciliatio, quia Ministerium reconciliationis est II. Cor. V, 10. seq. &c.* Quod autem hi omnes effectus ex *Lutheri* ministerio promanarint, illud nemo, nisi cœcus & rerum gestarum prorsus ignarus, videre non poterit. Ante *Lutherum* meræ fuerunt tenebræ, nunc per Dei gratiam ex *B. Lutheri* ministeriali reformatione versamur in tanta Evangelii luce, ut omnes hos effectus plenis fructibus in Ecclesia nostra deprehendamus. Et in ipso *Papatu* cum *Luthero* & post *Lutherum* major lux exorta, quia veteres nugas & fabulas eadem audacia non amplius proponere audent.

25. (9) Ex Ministrorum legitimorum actibus vel operationibus. De his quoq; tum ex dictis clarissimis, tum ex Prophetarum, Apostolorum & aliorum Ministrorum exemplis, tum ex ipsius Christi salvatoris factis, prolixè disserere possemus, sed vela nobis contrahenda sunt. Nonnulla modo saltem ellegasse sufficiat. Operationes Ministrorum generaliter ad Ecclesiæ œconomiam respiciunt, cum œconomi sint in magno Dei domo. Huc igitur pertinent, *Verbi cœlestis pura prædicatio, legitima Sacramentorum divinitus institutorum administratio, verorum sacramentorum ab adulterinis sequestratio, devota progrege commisso præcatio, & successum Evangelicæ prædicationis fiducialis impetratio, Honestæ vitæ morumq; gubernatio, studiosa Ecclesiasticæ*

Actus & Opa

fiastica disciplina observatio, Rituum Ecclesiasticorum observatio, Cura pauperum, Aegrotorum visitatio, Hæreticorum confusio, Hominum pravorum objurgatio &c. In his omnibus *B. Lutherus* se fidelem œconomum gessit, quemadmodum pluribus ex eius scriptis hoc demonstrare promptissimum foret. In iis a. se legitimum esse ministrum Ecclesiæ, multis modis aperuit.

26. (9) Ex Ministrorum legitimorum parrhesia. Deus enim non tantum *Spiritu veritatis & sapientia*, sed etiam *Spiritu fortitudinis & fiducia* fideles ministros exornat, sicut Prophetarum, Apostolorum & aliorum exempla docent, qui neq; tyrannis, neq; persecutoribus aliis neq; hæreticis, neq; falsis fontibus in minimis cedere voluerunt, sed heroico profus impetu cursum cœlestis doctrinæ promoverunt. Ita *B. Lutherus* cœlesti gratia *Spiritu veritatis & sapientia* non tantum ornatus, cujus ductu veram Evangelii doctrinam ex sacris literis cognovit, eamq; contra mundi totius machinationes promotam iavit: sed etiam *Spiritu fortitudinis & fiducia* cœlitus ornatus est, ut solus contra Papatum insurrexerit, & Papam, amoremq; Papistarum potentiam non adeo magni fecerit. Papistæ multis artibus eum in hac Parrhesia turbare susceperunt, sed nihil eum à fiducia semel concepta dimovere potuit. Cum *Wormatiam* peteret, & nuncium combustorum librorum, suæq; condemnationis jam factæ, simulq; consilium amicorum de fuga capessenda non semel acciperet, heroico profus spiritu confidenter in hæc erupit verba: *Wolan weil ich beruffen bin/so hab ich bey mir beschlossen hinein zu ziehen/in Nahmen des Herren Jesu Christi/wen ich gleich wüste/ das so viel Teuffel darinnen weren/ als Ziegel auff allen Dächern t. 1. Alt. f. 719. 734.* sic etiam summa constantia solus coram Imperatore, totumq; conventum Imperii doctrinam suam defendit, nec alia ratione, nisi contrarium eidem ex scriptura sola demonstraretur, cedere voluit. Eadem constantia coram *Cardinale Cajetano Augusta vindelicorum* doctrinam

E 2

nam

*Parrhesia Joh. Ambr.
m. 1. tab.*

B. Lutheri



nam Evangelii propugnavit neq; minis aut promissis Cardina-
lis unicum illud verbum REVOCO ab eodem impetrare po-
tuit. Ex hoc κειμήλιον legitimorum Ministrorum certe haud
difficiliter B. Lutheri verissimum Ministerium demonstrari
potest.

3.
Luther 50.

27. (10) Ex ministerii legitimi successibus. Nam Spiritus
Sancti gratia tarda nescit molimina: hic omnipotenti sua vir-
tute contra Satanam & Mundum, omnesq; malorum homi-
num machinationes, Evangelii cursum promovere potest, e-
tiam citra vel præter ipsorum Doctorum intentionem, sicut E-
vangelii per universum mundum propagatio loculentissimum
nobis offert documentum. Ut vere dicatur: *Qvale Ministe-
rium, talis ejus successus.* De successu doctrinæ B. Lutheri sur-
bitaneo plurima possemus introducere testimonia, nisi res or-
mnis in aprico posita foret. Duo saltem ipsius B. Lutheri lo-
ca nunc adducere placet T. I. Alt. p. 516, scribit: Ich habe
meiner Hoffnung/ das ich in Gottes Nahmen angefangen/
und das rechte Wort Gottes lehre/ keine stärkere
Beweisung und Wunder Zeichen den das sie so geschwind
in alle Welt ohn mein Treiben und suchen / darzu durch
unzelichen Widerstand und Verfolgung aller gewaltigen
und gelehrten vermehret worden ist. Item T. 2. f. 120. Ich
weiß/ woher meine Lehre kömpt/ und wer mich auffgerich-
tet hatt/ dazu beweiset es auch das Werk gnugsam. Den
ob ich wol der kleinen Zeichen keines gethan habe/ die wir/
wo es Noht were/ vielleicht thun möchten / so ist doch das
wol für ein groß Wunder anzuziehen / das des Satans
höhester Kopf/ und grosse Macht/ das Papstthum mit
seinen Körper/ einen solchen Stoß durch mich empfangen
hat den ihm kein weltlich/ noch geistlich Gewalt ie hat mö-
gen beweisen. Der Satan fühlet auch selbst wol / wer
meiner

meiner Lehre Meister sey/ darumb tobet er/ und suchet als
so geschwinde Griffe. Successus divinus divinum minist-
sterium præsupponit.

28.(11) Ex peculiaribus Spiritus S. donis. Hæc n. Spiritus San-
cti praxis est, ministros suos variis exornare donis, ut habet
Paulus I. Cor. XII. 4. seqq. Divisiones gratiarum sunt, idem autem
Spiritus: & divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus:
& divisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur o-
mnia in omnibus. Unicuiq; autem datur manifestatio Spiritus ad
utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientie: alii au-
tem sermo scientie, secundum eundem Spiritum: alteri fides in eo-
dem Spiritu: alii gratia sanitatum in eodem Spiritu: alii operatio
virtutum: alii prophetia: alii discretio spirituum: alii genera lin-
gvarum: alii interpretatio linguarum. Hæc a. omnia operatur
unus atq; idem spiritus, dividens singulis, prout vult. B. Lutherus
equidem non Apostolica mensura miraculose dona hæc fere
singula accepit, egregiè tamen præ Doctoribus aliis Spiritus S.
ipsum dotavit. Datus ipsi sermo sapientie, per quem sapientiam
cælestem, in Sacris Literis, comprehensam intelligunt: talem n.
sapientiam in Sacris literis pauci ante Lutherum, vix ulli circa
reformationis tempus acceperant, & tamen Spiritus S. hoc or-
ganon suum illustravit, ut mysteria sapientie cælestis & in S.
L. inveniret, & ex iisdem coram omnibus liberè proponeret.
Datus ipsi sermo scientie, quo nonnulli prudentiam Ecclesiasti-
cam, ad Ecclesie regimen necessariam intelligunt: ea verò tan-
ta fuit in *Luthero*, ut omnia bene satis in Ecclesiis orthodoxis
constitueret, & ad bonum ordinem, ad decorem, & Ecclesie
fructum vel ædificationem singula disponderet. Donum fidei
satis amplum, satis operosum cælitus acceperat. Nam summa
fiducia bella Domini gerebat, Papam ejusq; defensores incre-
dibili parrhesia dejiciebat, & fidei doctrinam, ex Sacris literis
usitatam, coram omnibus urgebat. De miraculis ipse gloriari
noluit;

*In Spiritu S. Dona
ministraria*

Miracula

noluit, satis tamen miraculi fuit, quod ipse solus præstitit sine strepitu armorum, quod Imperatores, Reges & Principes ne tentare quidem ausi sunt. Neq; tam sanitatem corporalem, quam spirituales Ecclesiæ restituit, virtutesq; multas non extrinsecus, sed intrinsecus operatus est. Spiritu prophetico quoq; non parum illustratus est: plurima siquidem prædixit, quæ certus eventus postea comprobavit: nos ad specialia nunc descendere nolumus. Discretio spirituum divinitus ipsi concessa fuit. Spiritum *Anti-Christianum*, *Zwinglij*, *Syvenckfeldii*, *Mentzeri*, *Carolstadii* & plurimorum aliorum juxta cynosuram verbi probare, omnesq; fraudes ipsorum intimè penetrare, & motu prorsus heroico eos confutare potuit, quod ex historia seculi Ecclesiastici superioris prolixè doceri posset. Lingvarum donum sub Papatu sepultum erat, & mera barbaries ibi regnabat: sed *B. Lutherus* peculiari dono lingvarum instructus est, Nam germanicam linguam purissimè locutus est, eamq; plurimum exornavit, ita quidem, ut primam in ea laudem consecutus sit, in quam etiam universa Biblia verbis purissimis & significantissimis transtulit. Puritatis latinæ linguæ studiosus quoq; fuit, neq; loquendi modum scholasticorum & monachorum incomtum & incommodum imitatus est. Ante *Lutheri* reformationem parum *Græci*, nihil *Hebraici* sermonis in scholis audiebatur: cum *Luthero* studium utriusq; linguæ nobis cælesti providentia redditum. Quantus *Lutherus* in utroque fuerit sermonis genere vel sola Bibliorum interpretatio testatum reddit. Ex his donis Spiritus Sancti præstantissimis, ad SS. Ministerium concedi solitis, firmiter quoq; colligitur *B. Lutherum* legitimum fuisse Dei ministerium.

peccati Spiritus S.
Instituti.

29. (12) Ex peculiari Spiritus ad opus reformationis instinctu. Nam si non tantum ordinarias qualvis ministerialis officii partes debita diligentia *B. Lutherus* exsecutus est, sed etiam ad peculiare negotium reformationis divinitus excitatus est, certe nemo de veritate Ministerii hic dubitare vel potest, vel debet,

bet. Ex superioribus a. testimoniis jam constat, eum à Deo Reformatorem missum esse, quorum adhuc alia, & quidem plurima nunc introducere possemus, nisi res in vado foret. Jam instinctus ejusmodi peculiaris præsupponit officii veritatem. Intelligimus a. non *instinctum prophetico-Apostolicum*, quia nec Prophetam, nec Apostolum propriè & specialiter loquendo *B. Lutherum* dicimus: neq; *fanaticum, vel Entusiasticum* qualis ab hominibus fingitur, externo ministerio *καθηκον* à fanaticis opponitur, à Deo vero neutiquam proficiscitur. Talis fuit instinctus *Carlstadii, Mentzeri, Krautwaldii, Schvvenckfeldii,* & plurimorum aliorum: sed intelligimus instinctum mediatum ac ad certum ministeriale negotium restrictum, divinisq; motibus applicatum, qua Deus vocationem ordinariam specialibus motibus ad certum aliquod opus destinat, e.g. *Elias propheta* jam vocatus erat, nec vocatione nova opus habebat ad reformationis opus, quo *Baalitas* confundebat, populumq; Deum Israelis verum Deum esse, peculiari sacrificandi actu docebat *I. Regum XIX. 1. seqq.* Sic *Christus* non vocationem novam ad reformationem templi *Joh. II. 15. Matt. XXI. 12. Luc. XIX. 45.* à Patre cælesti requirebat, novo tamen instinctu, vel peculiari vocationis applicatione non carebat. Paulus jam vocatus erat, & tamen ipsi cum comitibus, diversis & peculiaribus Spiritus S. motibus, modò in his, modo in aliis Regionibus Evangelium prædicabat. *Act. XVI. 9.* mittebantur ad prædicandum Dei verbum in *Macedonia, in Asia & Bithynia* docere prohibebantur *v. 6. 7.* Pari ratione *Lutherus* non opus habuit nova vocatione ad opus reformationis, distincto tamen & peculiari spiritus instinctu non caruit, quemadmodum ejus historia satis docet. Sicut enim *Spiritus Sancti munus ordinarium* est, intra hominem Christianum luctari cum carne *Gal. V. 17.* Opera carnis mortificare *Rom. II. 13.* agitare filios Dei *v. 14.* ad spontaneum cultum impellere *Psal. LI. 14.* verba proferenda suggerere *I. Cor. III. 13.* gratiam divinam & *vicissim* obsignare *Rom. II. 15. 16.* animos tranquillos reddere, ut

Instinctus B. Lutheri
restr. ad certum ministeriale negotium

re, ut gaudio & pace repleantur, & spe abundant *Rom. XV. 13.*
omnes renatos modis variis, & mysticis ac occultis rationibus
ad omnis generis pietatis opera compellere atq; movere, *Job.*
III. 8. ita pariter in actionibus specialibus, & vocationis deter-
minationibus idem facere consuevit: id quod *B. Luthero* conti-
git. Cum igitur Spiritus Sancti gratia major in eo fuerit,
quam in aliis Ministris, certe tanto firmiter colligitur, cum ve-
rum & legitimum verbi Ministrum extitisse.

31. Plura quidem in causam nostram documenta nunc ad-
ducere possemus, cum primis urgenda forent *testimonia Imper-*
atorum, Regum, Episcoporum, aliorumq; & suffragia multorum re-
gnorum, quæ *B. Lutheri ministerium* approbarunt, atq; recepe-
runt: neq; minus ἐγκλήματα adversariorum refellenda fo-
rent: sed quia vela nunc contrahenda sunt, & hanc telam *Elen-*
cticam contra *Thom. Henric. Anat. Colleg. V. Diss. IV.* quodam-
modo pertexuimus, pleniorum ejus rei tractationem, alii cui-
dam occasione reservamus,



m.c.

XV.13.
nibus
, Job.
deter-
conti-
uerit,
m ve.

nc ad-
Impe-
um re-
cepe-
la fo-
Elen-
odam-
ii cui-

ULB Halle 3
004 957 121



1107





Sed cum
Lutheran
cum fru
rat. oper
ignorat p
singular
paulo an
inde ad
vvegiam
sumsisse;
latam, E
dam Reg
transcen
Sancti g
piste vi
contra
nem dif
Bellarm
fero, Tan
tum ve
rum à M
dara, li
tbero E
fere no
coccyf
invieta
Diabol
quoad
tionem
Domini
paucam
non tan

& doctrina
as maximo
inus ipse O-
bis: Quis
ka doctrina
in Saxonia
m occupasse:
aniam, Nor-
ngariam ab-
celeritate de-
ssima quon-
emum Alpes
am Spiritus
am sibi Pa-
egerunt, &
rum vocatio-
ex Pistorio
rturo, Gret-
enrici, aliisq;
re licet. Ve-
n occasione
ritas & B. Lu-
rta, ut nihil
sed veterū
Stat igitur
ritas contra
sterii Veritate
loco tracta-
d instantiam
ri Ministerio
stri Ministerii
es, nostris co-
natibus



Kodak

LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Inches
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

